



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

61. An qui confessus est recepiße pro dote maiorem quantitatem pecuniarum, censeatur illam donare? Ex p. 8. tr. 6. res. 113.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

In foro conscientia non debentur à viro, nec femina poterit eas tuta conscientia percipere, siue vir id deprehendat, siue non deprehendat. Ita Corduba *cas. 1. §. 5. Lopez 1. p. Infr. c. 7. §. Præterea consequenter. Vega lib. 1. sum. cas. 87. Emmanuel Rodriguez 1. rom. sum. c. 208. n. 12.* licet minus bene dicat, si vir deprehendat, & vitam maritalem agat, censeri iniuriam remittere, & deinde donare. Quid enim miser maritus tunc agere debet: num proderet debet impudicitiam vxoris? Absit; nam cum testes non habeat, quid ei prodesset: certe nihil. Nemo ergo in necessitatibus liberalis existimandus est, & consequenter non est putandus deuidi donasse dictas arthas in præfato euentu. Adde supradictis Castillo d. l. 52. *Tauri super gloss. Antes de consumado. n. 20.* & ita tene, quidquid dicat Sanchez *sup. n. 4.* post Molinam *de iust. & iur. tract. 2. disp. 209.*

2. In foro verò iudiciali lucrabitur mulier dictas arthas, quia nemo est, qui possit circa hoc contra eam agere, vt palam est, nisi aliis hæredes viri possent probare, ante matrimonium fuisse ab aliquo cognitam, quod perarato contingit. Huc vtque Valerus: sed sententia affirmatiua Sanchez est satis probabilis, & tuta in praxi.

3. Confirmatur nostra sententia contra Valerum ex his, quæ docet Additio ad Capellam Tholosanam, q. 2. 19. quod si licui conceditur priuilegium, dummodò cum virgine contrahat matrimonium, illud consequi, si contrahat cum ea, quam antea ipse corruerat; quia fictione iuris censetur cum virgine contraxisse sicut Clericus, qui contrahit matrimonium cum illa, quæ antea ab ipso corrupta fuit, gaudet priuilegiis Canonis, & fori, quibus fruuntur Clerici coniugati cum vnica, & virgine, vt docent Glossa in c. 1. de Cler. coniugat. v. *Contraixerunt*, lib. 6. Toletus in *summ. lib. 1. c. 60.* & alij. Hinc etiam est, quod non dicitur bigamus, seu irregularis, qui contraxit matrimonium cum corrupta à se, vt dicunt communiter Doctores.

4. Adde, posse etiam satis probabiliter sustineri, eo priuilegio gaudere etiam illum qui contraxit cum corrupta ab alio, quæ tamen communiter virgo reputatur. Quod probari potest à simili: nam legatum relictum pro virginibus pauperibus maritandis, est valde probabile posse consequi à corrupta, quæ in communi existimatione pro virgine reputatur, vt docet Lara *de annu. vers. lib. 1. c. 21. num. 90.* Gironda *de explicat. priuileg. n. 1440.* Ant. Diana *p. 2. v. mor. tract. 2. Misell. ref. 52.* & alij. Ratio horum est, quia appellatio virginis, in dubio rationabiliter præsumitur, concedentem priuilegium, vel testatorem intellexisse etiam de ea, quæ nondum matrimonium contraxit, & opinione communi virgo existimatur.

RESOL. LXI.

An qui confessus est recepisse pro dote maiorem quantitatem pecuniarum, censetur illam donare? Ex p. 8. tr. 6. Ref. 113.

§. 1. **C**asus accidit frequenter. Nam viti Nobiles, vt appareat amplam dotem recipisse, fatentur recipere, verbi gratia, viginti millia ducatorum, & non fuerunt nisi quindécim. Et idè negatiuè respondet Rodrig. in *summ. tom. 1. c. 168. n. 35.* vbi sic ait. [Quando el Varon confessus auer recebido la dote, o auersa recibido mayor siendo menor, por su honra, o por contentar à sus deudos, contra cuyo consentimiento se causa es donacion de ningun valor, constando que la hizo con animo disimulado, como la tienen Aluaro Vas, y Molina. Y lo mismo se ha de dezir, quando hizo esta confession antes de contrahido el matrimonio con animo de hazer donacion, segun derecho es inualida, como lo tiene Iason, Aluaro Vaz, y Molina. Saluo quan-

do se duda si qui-fo el marido hazer la dicha donacion confessando auer recibido la dote; porque auemos de interpretar para que valga, que la hizo con esperanza de remuneracion futura, como lo tienen los Doctores alegados, Menochio, y Aluaro Vaz añade, que lo mismo se ha de dezir, quando en el contrato del matrimonio se hizo la dicha confession. Verdad es, que quando la dote antes de contrahido el matrimonio fue prometida, y hecho ya el matrimonio confiesa el marido, que la ha recebido, no se presume que hizo esto con animo de donar, ni con animo de remuneracion futura, sino que verdaderamente recibio la dicha dote; como con la comun, lo tienen Couarruua, Gutierrez, Molina, y Menochio contra algunos que alegan.] Ita ille, cui ego in omnibus adharco.

RESOL. LXII.

An donatio remuneratoria inter coniuges sit licita, & valida? Ex part. 8. tr. 6. Refol. 28.

§. 1. **R**espondet Arias Pinellus in l. 1. c. de bon. ma. ter. p. 3. n. 63; inter coniuges valere reciprocam, & mutuam donationem, non autem remuneratoriam. Daniel verò Molerus in *commem. ad constit. Sa. xon. p. 2. constit. 13. n. 6.* negat etiam donationem remuneratoriam inter coniuges valere, ex textu in l. 1. 2. c. 3. ff. de don. inter vir. & vxor. Sed hi textus non obstant; quamuis enim ibi dicatur de donatione inter coniuges, per quam mutuu amor tollitur; de mutua tamen, & reciproca, seu remuneratoria donatione accipi non possunt, siquidem etiam mutuus coniugum amor potest tolli, etiam si vnus tantum ex coniugibus alteri donat, l. 2. ff. eod. idè quæ fieri potest, & si non in continentis, sed ex intervallo alter alteri remuneratur, & donat.

2. Dicendum est igitur donationem mutuam, vel remuneratoriam inter coniuges, licitam, & validam esse. Probatur ex textu expresse in l. quod autem spectetur. 7. §. si vir, & vxor. 2. ff. de don. inter vir. & vxor. l. si pater puella 12. in med. c. de inoff. testam. Rationem vide apud Gaillium lib. 2. obseru. 40. incip. Ex eodem fonte. n. 7. & n. seq. Petrus Pecck. de testam. coniug. lib. 4. c. 41. n. 4. elegant. Iason (vbi quatuor rationes, limitationes, & ampliationes affert) d. l. si pater puella 12. n. 2. ibi, secundo per istam legem dicunt, n. 3. 4. 5. 6. & 7. Ludouicus Romanus *conf. 146. incip. Ista questio licet vulgaris, n. 3. versic. Iacob. Schult. in additionib. ad Modest. Pistor. q. 48. n. 2. ibi, Facit hoc, & n. seq. p. 1.* Schneid. ad d. §. alia autem 2. n. 51. Colerus *dec. 12. n. 44. & n. seqq.* Beufft ad l. 1. ff. de iureiur. n. 110. Petrus Nicolaus Mozzius de don. d. vrb. de person. inter quas, n. 31. versic. *limica in donatione.* Mynfingerus *cent. 2. obseru. 33. n. 6. & seqq.* Baldus in d. l. si pater puella 12. n. 2. ibi, inducitur hac lex. Paulus de Castro *ibid. n. 3.* quibus adde etiam Euerardum *conf. 119. n. 21.* & alios, quos citat, & sequitur Humnius in *Encycloped. iur. p. 3. tit. 26. c. 3. n. 2.* qui addit hoc verum esse, quamuis traditio rei donatæ facta non sit, quod etiam docuit Schruppius *conf. 46. num. 4. cent. 1. & Vvormberus tit. 43. obser. 5. num. 2.* Et ita ex Theologis nostram sententiam, nempe donationem remuneratoriam inter coniuges validam esse, doceat Dicastillus, Sanchez de *marrim. tom. 1. lib. 6. disput. 1. 6. & 7. Azorius 10. 3. lib. 1. c. 10. q. 4.* VVadingus de *con. tract. disp. 3. dub. 11. §. 2. n. 2.* Hurtadus *disp. 11. diffie. 8.* Sed ex his oritur resolutio eiusdem difficultatis.

RESOL. LXIII.

An maritus senex, & ignobilis, possit donare vxori nobili, & atati florenti? Ex part. 8. tract. 6. Ref. 29.

Sup. hoc sub in Ref. 8. §. Sed post medium, vers. Idem, & in Ref. 19. §. Hinc, & in Ref. 23. §. Vnde, & infr. in Ref. 64. §. 2. in princip. cursum in vers. Primo. & in tom. 7 tr. 3. Ref. 47. breuiter in fin. §. 1. & §. vlt.

Sup. hoc in tom. 1. Ref. 149. §. 1.

Sup. hoc in tom. 1. Ref. 149. §. 1.